



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 65. Ferdinandi Orator Roman delatus, atque ad alloquium admissus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

lius, qui anno Domini millesimo quin- Sæcul. XVI.
A.C. 1560.
gentesimo trigesimo octavo natus postea
ingenti Sanctitatis fama inclaruit. De-
nique tertius nominabatur Joannes An-
tonius Serbellonius ex nobili Mediola-
nensium familia ortus, qui primo Ful-
ginensis, demum cedente Cardinale
Morono, Novarrensis Episcopus est re-
nuntiatus, nuncupatusque vulgo Car-
dinalis Sancti Georgii, eoque Presby-
ter Cardinalis esset titulo Sancti Georgii
in Velabro.

§. LXV.

Ferdinandi Orator Romam delatus, atque ad alloquium admissus.

Postquam Comes de Arco Ferdinandi Cæfaris Legatus die decima Februa-
rii Romam venerat, cum ingenti lœ-
titia ibidem receptus die decima septi-
ma ejusdem Mensis ad Pontificis allo-
quium vocabatur. Ea die omnes Car-
dinales, qui tum Romæ agebant, Pa-
trum Senati hanc in rem speciatim
coacto intererant, moxque Comes ad
publicum confessum admissus cum om-
nibus honorum significationibus tanto
Principi, cuius personam sustinebat,
necnon muneri, quod ejus nomine exer-
cebat, debitum excipiebatur, quibus Co-
mes mira oris suavitate, insigni urbani-
tate, atque officiosis reverentiae, sub-

A a 2 missio-

Sæcul. XVI
A.C. 1560.

missionis, ac obedientiæ testificationibus nomine Principis sui exhibitis respon- dit, ac postea de rei summa agens Cæ- faris iussu Papam rogabat, ut Concilium oecumenicum convocare, hocque modo Ecclesiæ malis remedium opponere vel- let, cum id in præsenti rerum vicissi- tudine eo facilius foret, quo felicius omnes Christiani Principes mutua pace conjuncti essent. Ad hæc Legato re- posuit Pontifex: jam prior ea, quæ Cæ- far postulat, exequi decreveram, hanc- que ob rem nuper Cardinales convo- cavi, nunc vero Pontifex factus Syno- dum celebrari ardentius, quam unquam desidero, atque ad id me juramenti religione adstrinxii, cum vero in hoc negotio ingenti opus sit prudentia, ne in easdem impingatur difficultates, in quas alios incidisse memini, hinc ne- cessaria excogitare oportet media, ut speratus exinde fructus colligi possit.

§. LXVI.

Franciæ Regis edictum pro admini- stranda justitia.

Thuan. l. 24. num. 6. *Mezeray abrege chron. tom. 5. p. 24.* **E**nimvero Pontifex pro parte sua cum Franciæ, & Hispaniæ Legatis hac de re agebat: verum difficultates, quæ celebrando Concilio obstabant, su- perare maximi moliminis opus erat: præcipue enim obsistebant Galli, in quo-